



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatro Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

17. de creatione animæ humanæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

& similitudo Dei quæreda est: ita vt imago
 pertineat ad formam, & similitudo ad na-
 turam: quia immortalem & indissolubilem
 fecit eam Deus, vt dicit Augustin. in lib. de Cap. 2.
 Quantita. animæ. imago autem Dei dicitur
 secundum alia. Et sic homo dicitur ima-
 go. quod quidam negauerunt, aduersantes 1. cor. 10.

Filius dicitur imago, sed non ad imaginem.

Apostolo dicenti, Vir quidem est imago &
 gloria Dei. & ad imaginem, quia nõ omni-
 no æqualis fuerat illa imago, nec ab illo na-
 ta, sed ab eo creata. Ideo ita imago dicitur,
 quod & ad imaginem: quia non æquatur pa-
 rilitate, sed accedit quadam similitudine, vt
 dicit Aug. Filius autem est imago, sed nõ ad Aug. 7. de.
 imaginem, cum enim sit natus, & nõ creatus,

*Homo dicitur simili-
 lis Deo secundum corpus.*

æqualis est Patri. Porro in corpore quãdam
 proprietatem habet homo, quæ hanc simi- tri. c. 6.
 litudinem indicat, quia est erecta statura, se- er li. 6.
 cundum quam corpus animæ rationali con- gen. c.
 gruit: quia in cælum erectum est. 12. de gen. cõ. manic. ca. 17. To. 1.

DE CREATIONE
 Animæ humanæ.

*De produ-
 ctione ho-
 minis quã-
 tũ ad prin-
 cipia cõsti-
 tutiua. scil.
 corpus &
 animam.*

D I S T I N C T. Decimæseptimæ
 C A P. Primum.

*Deus De nihilo formauit
 animam hominis.*

Sicut hominis formatio describitur se-
 cundum corpus, cum dicitur, Formauit
 Deus hominem de limo terræ: ita eius-

dem secundum animam factura describitur, cum subditur, Et inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ. Secundum aliam lit. flavit vel sufflavit, non faucibus: (Sicut nec manibus corporis Deum formasse hominem putandum est: Deus enim Spiritus est) sed volendo verbo suo iussit ut ita fieret, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, id est substantiam animæ quæ viueret, creavit: non de materia aliqua corporali vel spiritali, nempe substantia Dei (ut quidam per flatum intellexerunt) sed de nihilo. Unde illi animam esse partem Dei putarunt. Quod si ita esset, anima indeceptibilis, impeccabilis, impassibilis, immutabilis denique esset.

Aug.
li. 7. de
gen. ad
lit. c. 2.

X
anima non
est de sub-
stantia Dei.

C A P. Secuudam. Animæ simul cum corpore creantur.

Aug.
li. 7. c.
25.
27.

Quævis Ang. sup. Gen. tradat animam cum angelis sine corpore fuisse creatam: deinde naturaliter, non coactè, ad corpus accessisse: Aliis dicentibus animam primi hominis in corpore fuisse creatam, dum inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ: Quicquid tamen de anima primi hominis existimetur, de aliis certissimè sentiedum, quòd in corpore creentur. Creando enim eas infundit Deus, & infundendo creat. Dicendum est etiam animam illam non sic esse creatam, ut præscia esset operis futuri iusti vel iniusti.

folio 116. a. l. 11. b.
~~...~~

fol. 113. b.
Anima
non fuit præ
scia operis
futuri.

CAP. Tertium. Adam in perfecta
etate productus est.

Augustinus super Gene. dicit, quod Adam in virili etate continuo factus est, & hoc secundum superiores & non inferiores causas, id est, secundum voluntatem & potentiam Dei, quam naturæ generibus non alligauit. qualiter & ipsa virga Moſis conuerſa est in draconem. Nec talia contra naturam fiunt: nisi nobis, quibus alter naturæ cursus innotuit. Deo autem natura est quod facit. Non ergo contra dispositionem suam fecit illud Deus. Et sic factus est Adam, non secundum inferiores causas (quia non erat in rerum causis seminalibus vt ita fieret) sed secundum superiores non contra naturam operantes, quia in rerum causis naturalibus erat vt ita posset fieri.

CAP. Quartum. Homo extra Pa-
radisum creatus, in paradisum
translatus est.

Hominem autem ita formatum tulit Deus (vt Scriptura docet) & posuit in paradiso voluptatis, quem plantauerat à principio. Quibus verbis aperte Moſes insinuat, quod homo extra paradisum creatus, postmodum in paradiso sit positus. Quod ideo factum esse dicitur, vel quia non

erat in eo permansurus, vel ut non naturæ,
sed gratiæ hoc assignaretur.

CAP. *Quantum. Paradisus, locus
corporalis, typum gerebat
Ecclesiæ.*

aug. li.
8. de
gen.
ca. I. **S**unt qui dicunt Paradisum aut locum
corporalem tantum, aut spiritua-
lem tantum, aut utrunque: tertiam opinionem
mihi placere fateor: ut homo in corpora-
li paradiso sit positus, qui ab illo principio
plantatus accipi potest. Qui etsi præsentis
Ecclesiæ vel futuræ typum tenet, ad literam
tamen intelligendum est esse locum fru-
ctuosum arboribus amoenissimum, magnum,
& magno fonte fecundum. Unde volunt,
secundum antiquam translationem, in orien-
tali parte esse situm, loco interiacente spa-
tio vel maris vel terræ, à regionibus quas
incolunt homines secretum, & alto loco si-
tum, usque ad lunarem circulum pertingen-
tē. unde nec aquæ diluuij illuc peruenērūt.

*Quid lignum vitæ, quid lignum
scientiæ boni & mali.*

In hoc autem Paradiso erant ligna di-
uersi generis: inter quæ vnum erat voca-
tum Lignum Vitæ, quia diuinitus accepe-
rathanc vim (ut dicunt Beda & Strabus) lignū vitæ
virtute di-
Super glo. ge. ut qui ex eius fructu comederet, corpus e-
ius stabili sanitate atq; perpetua soliditate
ceperat.

f. 118. a. f. 5. + 119. P ij
a. l. 6.

Est figura
231. b.
237. b.

firmaretur, nec vlla infirmitate vel ætatis imbecillitate in deterius vel occasum laberetur. Alterum verò lignum scientiæ boni et mali, non à natura, sed ab occasione rei mali nō na postea sequutæ nomen accepit. quia post tura nec prohibitionem erat in illa transgressio virtute di tura: qua homo experiendo disceret, quid uina specia esset inter obedientiæ bonum, & inobedi- li, sed ab dientiæ malum. Non ergo de fructu qui euentu di- nasceretur inde, positum est illud nomen, Etum. sed de re transgressionem sequuta. Si verò collige quã primi parentes obedientes fuissent, nec tū malu in contra præceptum peccassent: non ideo ta- obedientia men minus diceretur lignum scientiæ boni sit, etiã si & mali, quia hoc ex eius actu accideret, si fiat in his vsurparetur. que de se sunt licita.

DE PRODVCTIONE
Mulieris.

DISTINCT. Decimæ octauæ
CAP. Primum.

Posterius homine formata est Eua ex
homine tanquam principio.

IN eodem quoque paradiso mulierem formavit Deus, de substantia viri: sicut post plantatum paradysum subnectit scriptura, Immisit Deus soporem in Adam: cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, &